

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

38. Dom. 5. post Trinit. Christus docet è naui Petri. Luc. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

§2 MEDITATIONES IN

cundi moniti pertinete, vt non occupes te
vnquam in inquirendis, notandis, vel ar-
guendis aliorum vitiis & lapsibus, sed per
examen quotidianum conscientiae seuerè
inquiras & animaduertas in proprios, qui
sunt aliquādo tristes, id est, mortales: quia
non de alienis, sed de propriis reddemus
rationem in die iudicii.

D O M. V. P O S T T R I N,

Christus docet ex naui Petri.

Luc. 5.

1. **T**URBA irruente Christus ascendit in na-
uim Petri, & in ea pusillum à terra redu-
cta sedens docuit turbam. Considera, quan-
to feroore turba hæc accurrerit ad audi-
endum verbum Dei, nos autem non ad au-
diendas pias exhortationes, sed ad audi-
endas nugas, & noua huius sæculi pari fero-
re saepe feramur. 2. Christum docere è na-
uī Petri, vt ostendat Romanam Ecclesiam
variis tempestatibus in mari huius mundi
agitandam, vt virtus eius magis elucescat,
& te idem passurum, si in ea persistas. 3. na-
uim reductam fuisse à terra, quia doctrina
concionatoris & vita non debet esse ter-
rena, sed cœlestis.

¶ 1 celi

IN
cupeste
, vel ar-
sed per
e seuerè
ios, qui
des: quia
ddemus

IN,

i.

lit in na-
erra redu-
ra, quan-
d audien-
on ad au-
d audien-
ari feruo
cere è na-
Ecclesian
us mund
elucescat
stas. 3. na-
a doctrina
t esse ter

Et cef

DOM. TOTIVS ANNI. 83

Vt cessauit loqui, dixit Simoni. Duc in al- 2.
rum, laxate retia vestra in capturam. Et re-
strandit. Tota nocte nihil cepimus, in verbo
autem ~~laxabo~~ laxabo rete, rumpebatur autem
rete ex copia proprium. Considera, Christum
in concione moueret corda, sed nostrum est
cooperari illi, verbo & exemplo. Ducere
nempe in altum, aspirare ad celestia, & in
nullo sibi parcere ad animas lucrandas. La-
xare retia, id est, diuinas scripturas breues
verbis, sed laxas mysteriis, si explicitentur.

2. nullum fructum ex concionibus etiam
magno labore factis capi, si fiant nocte, id
est, in statu peccati, ad vanam gloriam, fri-
gidè, citra voluntatem Dei & superiorum.
Si autem fiant in gratia & ad gloriam Dei, &
superiorum nutu, maximus est prouentus.

Petro ex stupore in genua lapso, & claman- 3.
ti, Exi a me Domine, quia peccator sum, di-
xit. Noli timere, ex hoc homines eris capiens.
& relictis omnibus eum secutus est. Conside-
ra processum Petri in sua conuersio ne. pri-
mo comedat ex caritate Christo nauem, &
recipit piscibus plena. 2. procidit ex humili-
tate in genua, & constituitur pescator ho-
minum. 3. cupit exire a se Christum, & eo pro-
pius illu Christus accedit nam relictis retib.
secutus est cum, ut nunquam ab illo disce-
deret.

F 2

deret

34. MEDITATIONES IN

deret. sic ex paruis initiis peruenitur ad
summa. 2. quales debeant esse pescatores
hominum, nempe humiles, & qui priu-
finant capi à Christo quam alios piant.
Deinde, qui Christi vitam & vires sequā-
tur contemptis huius mundi retibus, id
est, opibus, honoribus, & voluptatibus.

DOM. I. POST TRIN.

De iustitia Pharisaeorum.

Matth. 5.

DI XIT IESVS discipulis. (*Nisi abunda-*
uerit iustitia vestra plus quam scriba-
rum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum
cælorum.) Considera quanta fuerit iustitia
Pharisaeorum. crebro ieunabant, orabant
in templo & plateis, decimas facultatum
suarum dabant, gratias Deo pro beneficiis
agebant, legem in fimbriis vestium gesta-
bant. vide an maior tua sit? 2. considera,
quam magna sit Euangelicæ legis perfe-
ctio, quæ legem Mosaicam quo ad moralia
non tollit sed perficit, prohibet enim non
tantum externa opera mala, sed etiam in-
ternas cordis cogitationes, & affectiones
prauas, quia foedates sunt malorum.

27. *Ad iugum dixi vobis, non occides. Ego au-*

temi agere.

Matt.
5.